

Linea pōtificuz
Ihesus



Joachim



Aggeus propheta



Malachias propheta



Sibilla helespontia



Dest reditum populi israel de babilone isti duo presuerunt scilicet ihesus summus pontifex tanq̄ regēs. et Zorobabel tanq̄ dux q̄ modus vsq̄ ad Herodem seruatus est. Et videlicet summi sacerdotes tenerent primatum. duces vero essent substituti. Semper tamen duces erant de tribu iuda iuxta p̄phiam iacob. Non auferretur sceptrum de iuda et dux de femore eius. Et cum innumera multitudine iudeorum venerunt in hierusalem ad reponendum templum congregantes vniuersam prouinciam construxerunt altare in loco quo prius edificatum fuerat: et dies tabernaculorum celebrarunt: cepit autem renouare templum sed paulo post defunctus est.

Iste Salatiel (anno m̄di. 4634.) fuit filius iechonie regis iude quem genuit post transmigracionem babilonis. vt euangelista Mattheus dicit.

Iste Joachim sacerdos fuit filius Iesu pontificis magni. qui sc̄dm Josephum nominatus est Josedech. Sub quo sorobabel prophetantibus et adiuuantibus Aggeo et Zacharia templus et ciuitatem reposuit. Edificato autem templo pascha cum innumerabilibus holocaustis celebrato ad exornandam urbem eam adiecit.

Iste Sorobabel (anno m̄di. 4659.) iuxta imperium domini fundauit templum. sed longe post apud iudeos maximo in precio habitus est. a Cyro rege princeps populi designatus. primum ex caldea iudeos ad propria puinciam reducere cepit. et templum reedificare concedente Cyro incepit.

De illo Abiud (anno m̄di. 4709.) et sequentibus vsq̄ ad Joseph nihil habetur in scripturis. nisi quod a Mattheo numerantur: et ideo nec tempus eorum debite sciri potest. Nisi quod Abiud genuit Eliachim: qui azor: qui sadoch etc. vt Mattheus in principio euangelij testatus est.

Aggeus propheta in numero duodecim prophetarum vndecimus his temporibus librum sue prophetie scripsit. In quo reuersionem populi et templi edificationem conscribit. ac renouationem ciuitatis: necnon et sacerdotalem obseruationem comprehendit. Completo deniq̄ templo statim obiit. Et iuxta sacerdotum sepulchra sepultus est.

Malachias propheta hoc tempore clarus habetur sic dictus id est angelus propter optimam vitam. Aiunt q̄ ore eodem quo prophetauerat angelus domini apparens eadem iterabat.

Dellespontina in agro troyano nata vetula et antiqua veste rurali induta ligata velo antiquo capite sub gula circumuoluto vsq̄ ad scapulas quasi de spectro habitu ita dicit. De excelso celorum habitaculo prosperit humiles suos. et nascetur in diebus nouissimis de virgine hebreza cum cunabulis terre.

Linea Iheru
Salatiel



Sorobabel



Abiud

